



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

1 Papa habet curam, & regimen Vniversalis Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 8 Cardinalibus singulis singula Ecclesia pro titulo Cardinalatus conferuntur.
- 9 Cardinales sub regulis Cancellaria non comprehenduntur.
- 10 Ecclesia Titulares pro 50, Presbyteris Cardinalibus qua.
- 11 Ecclesia Titulares pro 14, Diaconis.
- 12 Cardinalis ex omnibus nationibus sunt promovendi.
- 13 Aetas requisita, ut quis ad Cardinalatum possit promoveri.
- 14 Illegitimi etiam per subsequens matrimonium legitimati corpore vitiiati, ac consanguinei, & affines in aliquibus gradibus ad Cardinalatus celsitudinem sunt inhabiles.
- 15 Papa contra constitutionem praedecessoris dispensare, & illam revocare potest.
- 16 Cardinalibus aliae dignitates conferuntur.
- 17 Legatorum tria sunt genera.
- 18 Legati de latere primum locum obtineas, & beneficia conferre possunt.
- 19 Legati missi, qui.
- 20 Legati etiam de latere, & Nuntii causas in prima instantia cognoscere non possunt.
- 21 Nuncio Apostolico non creditur, nisi ostensis literis facultatis.
- 22 Nuncio Apostolico, in quibus credatur sine ostensione litterarum.
- 23 Cardinali soli non creditur, ubi agitur de alterius praedicio.
- 24 Facultates Nunciorum non extenduntur ad collationem beneficiorum in Cathedralibus existentium.
- 25 Legati nati, qui sint.
- 26 Episcoporum ordo est quadripartitus.
- 27 Patriarchae principales sunt quatuor.
- 28 Patriarchae, quomodo inter ipsos praecedant.
- 29 Primates, & Patriarchae nomine differunt, sed idem & officio.
- 30 Abbates, etiam exempti, & habentes in dioecesi jura Episcopalia, tenentur Episcopo reverentiam exhibere.
- 31 Abbates praeseruntur omnibus dignitatibus Ecclesiasticis secularibus post Pontificalem, quando dignitates collegialiter non procedunt.
- 32 Abbates Ordinum capita qui sint.
- 33 Canonici Cathedralium collegialiter sedentes, vel incedentes Cathedralium Ecclesiam representant.
- 34 Protonotarii alij ordinarii, & alij extraordinarii.
- 35 Protonotariatus est dignitas, & quomodo alias dignitates praecedat.

PAPA uti Petri successor habet curam, & regimen universalis Ecclesiae tam in concernentibus Papae electionem, ac S. R. E. Cardinalium promotionem, quam Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum sanctiones, cap. in novo, 21, dist. cap. sacrosancta, 22, dist. & cap. in illis, 80, dist. Eugen. IV. in Bull. constit. 1, Paulus IV. constit. 2, Pius IV. constit. 81, & Sixtus V.

in constitut. 50, incip. postquam verus, in Bulla, part. ult. post Papam † primum locum obtinent S. R. E. Card. qui personas sanctorum Apostolorum representant, & sunt Papae consilarii, ac coadjutores, cap. per venerabilem, ante fin: vers. sunt autem sacerdotes, ex. qui fili fin: leg. cap. fundamenta, de elect: in 6, & pars corporis, ac membra ipsius Papae, ut trad. Felin. in cap. ad aures, numer: II,